



BOLETIN ECLESIASTICO DEL OBISPADO DE SALAMANCA


S U M A R I O

- I. Decreto de la Sagrada Congregación del Concilio que interesa á los colectores de misas.—II. Norma porque se ha de examinar á los penitentes que denuncian á los confesores solicitantes.—III. Decreto de la Sagrada Congregación de Ritos concediendo á la Orden Dominicana facultad de celebrar triduos solemnes en honor de sus nuevos Beatos, é indulgencia plenaria á los fieles que asistan á aquéllos.—IV. Circular de la Secretaría de Cámara, sobre ejercicios espirituales.—V. Documentos referentes al Congreso Euca-rístico de Valencia.—VI. Condiciones para ganar las indulgencias del Escapulario del Carmen.—VII. Necrología.

Por conducto de nuestro Rvdmo. Metropolitano hemos recibido el siguiente importante documento:

DECRETUM S. C. CONCILII

Vigilanti studio convellendis eradicandisque abusibus missarum celebrationem spectantibus jugiter incubuit haec S. C., pluraque edidit decreta, quibus omne hac in re damnabile lucrum removeri voluit, piasque testantium voluntantes et obstrictam benefactoribus fidem adamussim servari religioseque custodiri mandavit.



Quapropter ad cohibendam pravam quorumdam licentiam qui ad ephemerides, libros aliasque merces facilius cum clero commutanda missarum ope utebantur, nonnulla constituit, eaque, Pio PP. IX fel. rec. approbante, edit et Ordinariis nota fieri curavit ut ab omnibus servarentur. Propositis namque inter alia sequentibus dubiis:

«I. An turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab Episcopis eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocumque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt.

II. An haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia, nulla facta imminutione, tot Missae a memoratis collectoribus celebrandae comittuntur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis missarum parentibus subvenitur:

III. An hujusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur:

IV. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipient, sive non recipient quidquam ab iisdem praemii nomine:

V. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sint ii qui a dictis bibliopolis, et mercatoribus recipient pro missis celebrandis libros

aliasve merces, harum pretio sive imminuto sive integro:

VII. An liceat Episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis missarum, quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis redditibus careant:

In peculiari conventu anni 1874 S. C. resolvit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III, IV et V. Affirmative.

Ad VII. Negative, nisi de consensu oblatorum».

Sed cum postremis hisce annis constiterit, salutares hujusmodi dispositiones ignorantia aut malitia saepius neglectas fuisse, et abusus hac in re valde lateque invaluisse, Emi. Patres S. C. Tridentini interpretes ac vindices, rebus omnibus in duplice generali conventu mature persensis, officii sui esse duxerunt, quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et opportuna insuper santione munire.

Praesenti itaque decretò statuunt, ut in posterum si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedis reservatae et ipso facto incurriendae obnoxius sit: clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subjaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines recipiendos: laici demum excommunicatione latae sententiae Episcopis reservata obstringantur.

Praeterea cum experientia docuerit, mala quae deplorantur ex eo potissimum originem viresque ducere, quod in quorundam privatorum manus major missarum numerus congeritur quam justa necessitas exigit, ideo iidem Emi. Patres, inhaerentes dispositionibus a Romanis Pontificibus, ac praesertim ab Urbano VIII et Innocentio XIII

in const. *Cum saepe contingat*, alias datis, sub gravi obedientiae praecepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, in fine eujuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant juxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent inter sacerdotes sibi subjectos qui eis indigere noverint: alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioeceseon, dummodo sibi noti sint, omniisque exceptione maiores, et legitima documenta edant inter praefixum congruum tempus quibus de exacta earumdem satisfactione constet.

Denique, revocatis quibuscumque indultis et privilegiis usque nunc concessis quae praesentis decreti dispositionibus utcumque adversentur, S. Congregatio curae et officio singulorum Ordinariorum comittit, ut praesens decretum omnibus ecclesiasticis suaे jurisdictioni subjectis, aliquaque quorum ex praescriptis interest, notum sollicite faciant, ne quis in posterum ignorantiam allegare, aut ab hujus decreti observantia se excusare quomodolibet possit: et insuper ut sive in sacra Visitatione sive extra sedulo vigilent, ne abusus hac in re iterum inolescant.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo. D. N. Looni PP. XIII per infrascriptum S. Congregationis Praefectum, Sanctitas Sua hoc Emorum. Patrum decretum ratum habuit confirmavit atque edi mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 25 Maii 1893.

ALOYSIUS Card. E. pus Sabinensis, *Praefectus*. L. SALVATI, *Secretarius*.

De aquí se sigue que los sacerdotes que faltasen á los precedentes decretos, emanados de la Sagrada Congregación en 1874 y aprobados por Pío IX (de feliz memoria), incurren *ipso facto en suspensión a divinis, reservada á la Santa Sede.* Si los delincuentes son clérigos aún no iniciados en el Sacerdocio, incurren *en la misma pena y en igual forma* respecto á las órdenes recibidas, y quedan *inhabilitados para recibir las restantes.* Los seglares que contraviniéren esta suprema decisión incurren en *excomunión latae sententiae, reservada á los Obispos.*

Para evitar los abusos que pueden resultar viniendo á manos de particulares mayor número de misas que el que permite la justa necesidad, se manda, bajo precepto de grave obediencia, á todos los beneficiados y administradores de pías memorias, y en general á los obligados á levantar cargas de misas, que al fin de año den cuenta al Ordinario de las cargas que quedan por cumplir, para que ellos distribuyan las celebraciones con el estipendio asignado, en la forma que juzguen oportuna, bien entre los Sacerdotes sujetos á su jurisdicción y que necesitaren de ellas, ó en caso contrario, las remitan á la Santa Sede, ó á otros Prelados y aun á Sacerdotes de otras Diócesis, de cuya probidad les conste han de recibir exacto cumplimiento dentro del tiempo prefijado.

Finalmente, se interesa á los Prelados que hagan publicar convenientemente este Decreto para que nadie alegue ignorancia de su parte dispositiva, y que se enteren, principalmente en la Santa, si se le presta la observancia debida.

Cómo han de ser examinados los penitentes que denuncian á los confesores solicitantes

La norma que debe seguirse en este examen ha sido objeto de especial estudio en la Sagrada Congregación del Santo Oficio, la cual, en 20 de Julio de 1890, publicó la Instrucción siguiente, que á la letra dice:

«Non raro ad hanc Congregationem S. Romanae et Universalis Inquisitionis transmittuntur ab Ordinariis vel a Sacra Poenitentiaria denuntiationes contra confessarios sollicitantes poenitentes ad turpia, et saepe accidit, ut in denunciationibus ipsis inducantur aliae

poenitentes vel uti certo ad turpia sollicitatae, vel tantum ex indiciis inducta, quae tamen obligationi de denuntiatione emittenda juxta sacros Canones satis non fecerunt. Ne autem crimen tan infandum absque debitis animadversionibus maneat, Sacra Congregatio ad tramitem Apostolicarum Constitutionum indicit locorum Ordinariis, ut inductas poenitentes opportuno examini subjiciant, ut inde legales probationes in processualibus tabulis resultant.

Verum experientia compertum est hujusmodi examina non ita scite seu legaliter assumi a Judicibus delegatis; ita ut saepius causas ipsas, alioquin graviores et in damnum ac scandalum fidelium vertentes, prosequi datum non sit.

Quapropter ne in posterum ex enunciatis defectibus in examinibus assumendis causa contra sollicitantes infectae remaneant, Sacra Supremæ haec Congregatio opportunum, immo necessarium censet locorum Ordinariis instructionem juxta decreta et ordinationes alias editas exaratum transmittere, qui examina poenitentum per generalia rite et legaliter prosequi valeant.

Praenotandum quod nimia circumspectione utendum est in personis ad examen invitandis: etenim non semper opportunum erit eas ad publicum Cancellariae locum convenire, praesertim, si examini subjiciendae sint vel puellae, vel uxoratae, aut famulatui addictae; tunc enim consultum erit eas, vel in sacrario, vel alio juxta prudentem Ordinarii seu judicis aestimationem caute convocare ad earum examen assumendum. Quod si examinanda vel in monasteriis, aut nosocomiis seu in piis puellarum domibus existant, tum magna cum diligentia et diversis diebus justa circumstantias peculiares vocandae erunt.

Insuper animadvertant judices ad examina assumenda deputati quod in eorum et Cancellarii seu Notarii, qui semper ecclesiastici esse debent, praesentia examinada exclusive compareat absque socia, absque teste; etenim omnia sub inviolabili secreto perfici necesse est.

Tandem de actibus inde assumptis Ordinarii debent trasmittere ad hanc Supreman Congregationem exemplar authenticum et cum suo originali collatum.

Hisce generatim praemonitis subnectitur norma examinis confiendi:

NORMA EXAMINIS PER GENERALIA ASSUMENDI.—Vigore Epistolæ S. Supremae Congregationis datae sub die... (vel vigore Decreti

Illustrissimi et Revni. Dni. Archiepiscopi Ordinarii) vocata personaliter comparuit coram Illmo. ac Revmo. Dno. N. N. sistente in Cancellaria (vel in sacrario, aut in collocutorio monialium seu piae domus) in meique, etc.

N. N. nubilis (vel uxorata) degens in hac civitate N. N. in paroecia N. N., filia (vel uxor) N. N. aetatis sua... conditionis civilis (aut agricolae, aut famulatui addicta) cui delato juramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis S. S. Dei Evangelii, fuit.

Inter. An sciat vel imaginetur causam suaे vocationis et praesentis examinis? — *Resp...*

Inter. A quod annis usa sit accedere ad Sacramentum Poenitentiae? — *Resp...*

Inter. An semper apud unum eumdemque confessarium Sacramentum Poenitentiae receperit, vel apud plures sacerdotes: insuper an in una eademque, vel in pluribus ecclesiis? — *Resp...*

Inter. An a singulis quibus confessa est sacerdotibus exceperit sanctas admonitiones, et opportuna praecepta, quae ipsam examinatam aedificarent, et a malo arceret, et quatenus etc. — *Resp...*

Notandum: si responsio fuerit affirmativa, id est, si dicat se bene semper fuisse directam, tum interrogatur sequenti modo.

Inter. An sciant vel meminerit aliquando dixisse vel audivisse quod quidam confessarius non ita sancte et honeste sese gesserit erga poenitentes; quin murmurationes, seu verba contemptibilia contra ipsum confessarium prolata fuerint: ex. gr. quod ipsa examinata ab uno vel pluribus poenitentibus, atque ab uno abhinc anno, vel a quatuor, aut tribus mensibus similia audierit?

Notandum: si post hanc interrogationem et animadversionem examinata negare perget, claudatur actus consueta forma, quae ad calcem hujus instructionis prostat. At si quidquam circa aliquem confessarium, juxta ea de quibus interrogatur, aperuerit, ulterius interrogabitur prout sequitur.

Inter. Ut exponat nomen, cognomen, efficium, aetatem confessarii, et locum seu sedem Confessionis; an sit presbyter saecularis vel Regularis, et quatenus etc. — *Resp...*

Inter. Ut exponat seriatim, sincere et clare ea omnia, quae in sacramentali confessione vel antea vel postea vel occasione confessionis audierit a confessorio praelicto minus honesta: vel an ab eodem aliquid cum ipsa in honeste actum fuerit nutibus, tactibus seu opere, et quatenus etc.

Notandum: Hoc loco judex solerter curabit ut referantur iisdem verbis, quibus confessarius usus fuerit, sermones turpes, seductio-nes, invitamenta conveniendi in aliquem locum ad malum finem, aliaque omnia, quae crimen sollicitationis constituant, adhibita ver-acula lingua in qua responsiones sedulo et juxta veritatem exar-buntur; animum addat examinatae, si animadvertis, eam nimio ti-more aut verecundia a veritate patefacienda praepedire, eidem sua-dens omnia inviolabili secreto premenda esse. Denique exquireret tempus a quo sollicitationes incaeperint, quamdiu perduraverint, quoties repetitae, quibus verbis et actibus, malum finem redolenti-bus, expressae fuerint. Cavebit diligenter ab exquirendo consensu ipsius examinatae in sollicitationem et a quacumque interrogatio-ne, quae desiderium prodat cognoscendi ejusdem peccata.

Inter. An sciat vel dici audierit praedictum confessarium alias poenitentes sollicitasse ad turpia; et quatenus eas nominet (atque hic jubebit nomen, cognomen et saltem indicia clariora, quibus aliae personae sollicitatae detegi possit.)

Notandum: si forte inducantur aliae personae sollicitatae, erit ipsius judicis eas prudenter advocare et sigillatim examinare juxta formam superius expositam. — *Resp...*

Inter. De fama praedicti confessarii tam apud se quam apud alios? — *Resp...*

Inter. An praedicta deposuerit ex justitiae et veritatis amore, vel potius ex aliquo inimicitiae vel odii affectu, et quatenus etc. — *Resp...*

Quibus habitis et acceptatis dimissa fuit jurata de silentio ser-vando iterum tactis Ss. Dei Evangelii; eique perfecto suo examine in confirmatione promissorum se subscriptis, (si fuerit illiterata, dic-tatur) et cum scribere nesciret fecit signum Crucis.

(Subscriptio personae examinatae).

Acta sunt haec per me N. N. Cancellarium vel Notarium ad hunc actum assumptum.»



SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

ORDINIS PRAEDICATORUM

Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Leone Papa XIII tributarum, ad enixas preces Rmi. P. Marcolini Cicognani Procuratoris Generalis Ordinis Praedicatorum benigne annuit ut in cunctis Ecclesiis, vel Oratoriis publicis Fratrum et Monialium Ordinis ipsius, et in illis quae ad Tertium Ordinem utriusque sexus S. Dominie pertinent quaeque inter septa respectivi Collegii uti publica habentur, nec non in aliis ubi Sanctimoniales et Sorores ejusdem Ordinis residet, sed tamen Rmis. Locorum Ordinariis subjectae sunt, atque in illis sive sint parochiales sive non, ubi Tertiarii Saeculares conventum et pia exercitia peragere solent, Triduana solemnia in honorem Beatorum Petri Sanz Episcopi et Sociorum Martirum infra annum à die solemnis illorum Beatificationes peragi queant cum omnibus Missis propriis ac Vesperis de Communi plurimorum Martyrum; dummodo tamen non occurrat Festum Totum Duplex cum Octava solemnissima vel Dominica, Octava, Vigilia aut Feria ex privilegiatis quoad Missam solemnem; et Festum Totum Duplex cum Octava quoad Missas lectas; quibus in casibus Commemoratio eorundem Beatorum addi poterit in Missis: servatis de cetero peculiaribus Ordinis Rubricis. Relate vero ad Vespertas pariter solemniter canendas, annuitur sub conditione ut ii omnes, qui ad Horas Canonicas tenentur, privatim recitent eas de Officio occurrente.

Insuper eadem Sacra Congregatio benigne concessit ut

utriusque sexus Christifidelis, qui vero poenitentes, confessi ac sacra Synaxi refecti, Ecclesiam vel Oratorium publicum in quibus praedicta Triduana solemnia peragentur, visitaverint; ibique juxta mentem ejusdem SSmi. Domini Nostri per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderit, Indulgentiam Plenariam in forma Ecclesiae consueta semel consequi valeant, applicabilem quoque Animabus igne piaculari detentis; qui vero corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsam Ecclesiam seu Oratorium inviserint, atque in eis uti supra oraverint, Indulgentiam partialem centum annorum semel in quolibet die lucrari queant, applicabilem pari modo Animabus in Purgatorio existentibus.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 19 Maij 1893.—CAJ. CAR. ALOISI-MASELLA, *Praefectus*.—VINC. NUSSI, *Secret.*

SECRETARÍA DE CÁMARA

Circular

Aun cuando en el presente año no se celebren ejercicios espirituales para el Clero de la diócesi en general, sin embargo, los señores sacerdotes que deseen, por piedad, tener algunos días de santo retiro, cosa que será muy del agrado de nuestro Excmo. Sr. Obispo, lo participarán á esta Secretaría, para formar las oportunas listas y señalar los días en que estos ejercicios han de tener lugar en el Seminario Conciliar, de lo que se dará el pronto aviso á los señores ejercitantes; á los cuales se advierte, que no quedarán dispensados, por el acto que ahora realicen, de practicar en el año próximo los santos ejercicios con el

resto del Clero en la forma que determinan el Concilio provincial y Sínodo diocesano.

S. E. I. se propone practicarlos también, con la gracia de Dios, cuanto antes le sea posible.

Salamanca 14 de Julio de 1893.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

~~SECRETARIO~~ ARZOBISPADO DE VALENCIA

Excmo. e Ilmo. Sr. D. Fr. Tomás Cámara y Castro.

MI VENERADO HERMANO Y CARÍSIMO AMIGO: En los *Boletines Eclesiásticos* y en la prensa periódica se ha dado cuenta del *Congreso Eucarístico* que se ha de celebrar en esta ciudad en Octubre próximo, y también se ha publicado el programa de materias que han de tratarse y el reglamento que ha de observarse, para la mayor claridad y orden en la organización y ejecución de la Obra.

En todo lo concerniente á la misma se ha procedido de acuerdo con el *Centro Eucarístico* de Madrid, y merced á la bondad y laudable celo de nuestro Venerable Hermano de aquella Diócesi, se ha constituido en su mismo Palacio una oficina para recibir suscripciones de socios, admitir trabajos, responder á consultas y aumentar la propaganda y publicidad.

En esta ciudad valentina se ha formado, bajo mi presidencia, una junta de caballeros que responde á los mismos fines, y una sección de ella está además encargada de estudiar detalles de carácter local, para la mayor brillantez de los actos del Congreso, y de atender á todos los que asistan á él, en los informes y servicios relacionados con el laudable objeto que determinó su venida á esta población.

Como en mi humilde sentir, la mencionada Obra Eucarística no sólo ha de redundar en mayor gloria de Dios y en aumento de nuestra santa Fe, sino que además ha de presentar ocasión muy oportuna para proclamar públicamente la Soberanía social de Jesucristo en nuestra Patria y la necesidad de que su espíritu, su amor y sus divinas enseñanzas sean el principio informante de nuestra legislación y de nuestras costumbres, me permito rogar encarecidamente su auxilio y valiosa cooperación para fin tan grandioso, esperando se digne recomendar, del modo que crea más conveniente, al Clero y fieles de esa su predilecta Diócesi, que tomen parte en el susodicho Congreso, y que designe también persona de su confianza que se encargue de recibir inscripciones de socios, y de ponerse en relación con el *Centro Eucarístico* de Madrid, ó con la Junta de esta ciudad de Valencia, á fin de que, de la unidad de acción, resulten mayores bienes en favor de la piedad cristiana y de la misma sociedad civil.

Con este motivo tengo el honor de reiterar á Vuestra Excelencia Ilustrísima el testimonio de amistad y distinguida consideración con que queda siempre de V. E. I. su afectísimo y atento servidor y Hermano, [†] *El Arzobispo de Valencia.* — Valencia 1.^º de Julio de 1893.

**Congreso Eucarístico Nacional.—Valencia.—1893.
Comisión de propaganda y programa.**

El primer Congreso Eucarístico de España ha de celebrarse en el próximo mes de Octubre en la ciudad de Valencia, una de las de nuestra nación en que más desarrollo han tomado las obras Eucarísticas, según puede verse en la docta Carta Pastoral que acerca de este Congreso ha publicado el celoso y dignísimo Arzobispo de dicha Diócesi. Acordada la celebración de este Congreso por el tercero de los católicos nacionales que tuvo lugar en Sevilla en Octu-

bre de 1892, S. S. Leon XIII, en un Breve dado el día 21 de Marzo de 1893, ha aprobado el proyecto de llevarlo á cabo, ha concedido indulgencia á los que asistan á la función de iglesia que se celebre durante el Congreso y ha manifestado el deseo de que sean muchos los que en él tomen parte.

Por eso nos dirigimos á V. cuya piedad es tan notoria, no sólo para que se inscriba como socio del referido Congreso, sino también para que asista á él si le es posible, y para que entre sus parientes, amigos y conocidos se dedique á la propaganda de tan santa obra, obteniendo el mayor número de adhesiones al mismo en concepto de socios titulares ú honorarios.

La tibieza general en la piedad cristiana, las necesidades de la Iglesia y del Estado, los graves pecados públicos que á diario se cometen, los nefastos errores en el orden religioso y moral, que dan la muerte á tantas almas y los innumerables sacrilegios con que se está ofendiendo todos los días á nuestro adorable Redentor en el Sacramento de su Amor, exigen imperiosamente que todo aquel que se precie de católico y sienta algún celo por la gloria de Dios, coadyuve poderosamente á la obra del Congreso Eucarístico. Los frutos de éste serán indudablemente espirituales y temporales, públicos y privados, y las bendiciones del Dios de las Misericordias bajarán sobre el pueblo español, que tan grandioso homenaje y tan solemne desagravio ofrece á Jesús Sacramentado.

Por eso esta Comisión confía en la cooperación de V. no sólo en el sentido arriba indicado, sino también en el de que procurará enviar una Memoria al Congreso sobre alguno de los puntos indicados en el Programa.

Pidiendo al Señor que recompense abundantemente los trabajos que lleve V. á cabo en favor del Congreso, nos ofrecemos como sus más atentos SS.SS. en Cristo Señor Nuestro.

Valencia 30 de Junio de 1893.—*La Comisión.*

NOTA.—Las inscripciones como socios sólo podrán verificarse dirigiéndose á las respectivas Juntas del Congreso, que existirán en todas las Diócesis, ó á la Secretaría general del mismo, establecida en el Palacio del Exmo. Ilmo. Sr. Arzobispo de Valencia.

La cuota de socio será la de diez pesetas, cuya cantidad puede entregarse en dichos centros ó remitirse á los mismos, en libranzas del Giro mutuo

Horario del Congreso Eucarístico que ha de celebrarse en Valencia desde el día 17 hasta el 23 de Octubre de 1893.

Martes 17 de Octubre

A las tres de la tarde, en la Basílica Metropolitana, exposición de S. D. M., canto del *Veni Creator*, sermón por uno de los Reverendos Prelados que asistan al Congreso, bendición con el Santísimo Sacramento y solemne reserva.

Acto seguido tendrá lugar en la Iglesia del Temple la sesión constitutiva del Congreso, en la que se leerán todas las comunicaciones relativas al mismo.

A las diez de la noche vigilias de adoración nocturna en las Capillas del Milagro y de la Virgen de los Desamparados.

Miércoles 18 de Octubre

A las siete y media de la mañana misa de Comunión general celebrada por un Reverendo Prelado, en la Capilla de Nuestra Señora de los Desamparados.

A las nueve y media reunión de las secciones en sus locales respectivos.

A las once inauguración de la Exposición de objetos eucarísticos.

A las tres y media de la tarde solemne función religiosa en la Basílica Metropolitana, con sermón y reserva.

A las diez de la noche vigilias de adoración nocturna en la Capilla del Milagro y en la parroquial iglesia del Salvador.

Jueves 19 de Octubre

A las siete y media misa de Comunión general, por un Reverendo Prelado, en la iglesia del antiguo convento de Santo Domingo.

La reunión de las secciones, la solemne función religiosa en la Basílica y las vigilias de adoración, tendrán lugar á la misma hora y en la misma forma que en los días anteriores. Las vigilias de adoración se celebrarán en la capilla del Milagro y en la parroquial iglesia de San Bartolomé.

Viernes 20 de Octubre

En este día se verificarán los mismos actos y á las mismas horas

que en el día anterior. La misa de Comunión general se celebrará en la parroquial iglesia de San Esteban. Las vigilias de adoración nocturna tendrán lugar en la iglesia del Milagro y en la parroquial de los Santos Juanes.

Sábado 21 Octubre

A las siete y media misa de Comunión general, que celebrará un Reverendo Prelado, en la iglesia parroquial del Salvador.

A las diez de la mañana sesión general en la iglesia del Temple.

A las tres y media de la tarde función religiosa en la Basílica como en los días anteriores.

A las ocho y media de la noche Certamen eucarístico en la iglesia del Temple.

A las diez de la noche solemne vigilia de adoración nocturna en la iglesia parroquial de San Andrés.

Domingo 22 de Octubre

A las siete y media de la mañana misa de Comunión general, celebrada por un Reverendo Prelado, en la Basílica Metropolitana.

A las nueve misa Pontifical, con sermón que predicará un Reverendo Prelado y *Te Deum* en la Basílica Metropolitana.

A las dos y media de la tarde procesión con el Santísimo Sacramento. En uno de los sitios más espaciosos de la carrera que recorra esta procesión, se verificará el solemne acto de adoración y consagración á Jesús Sacramentado y la bendición á todo el pueblo con el Santísimo Sacramento.

Lunes 23 de Octubre

Peregrinación á Gandía y Alcoy.

NOTAS.—Durante los días 18, 19, 20 y 21 de Octubre estará expuesto el Santísimo Sacramento en la Basílica Metropolitana, desde la hora en que comiencen las funciones de la mañana hasta la reserva solemne de la tarde.

Por separado se publicará el horario de la peregrinación á Gandía y Alcoy.

Durante la celebración del Congreso los señores socios podrán dirigirse á la secretaría del Congreso, situada en el palacio Arzobispal, para las resoluciones de las dudas que les ocurriesen ó para las reclamaciones que hubieren de hacer.

Las tarjetas de admisión á las vigilias de adoración nocturna, podrán recogerse también en la misma Secretaría de Palacio.

Condiciones que han de observar los Cofrades de Nuestra Señora del Carmen para ganar las indulgencias.

Con fecha 3 de Diciembre de 1892 se han publicado por la Sagrada Congregación de Indulgencias las siguientes resoluciones:

I. Fideles recepti in confraternitatem B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, qui frui cupiunt privilegio sabbatino, si legere bene sciunt possunt ne proprio arbitrio eligere inter recitationem quotidiana parvi officii et abstinentiam a carnis in quocumque feria IV una cum strictiori observantia jejuniorum et vigiliarum et aliorum dierum prohibitorum, an potius tenentur exclusive ad praedictam offici recitationem?—Ad I. Ad primam partem *Megative*; ad secundam *Affirmative*.

II. An haec à carnis abstinentia quaque feria IV praescripta iis qui praefato privilegio frui volunt, excludat etiam usum ovorum et lacticiniorum?—Ad II. *Negative*.

III. Qui hanc abstinentiam et praedictum finem observant, possunt ne uti indulto Bullae cruciatae, ita ut liceat ipsis mitigare juxta hoc indultum rigorem abstinentiae vel in quacumque feria IV, vel in vigiliis aliisque diebus prohibitis quin amittant jus ad privilegium sabbatinum?—Ad III. *Negative*.

IV. Possunt ne iidem quid praefatum privilegium amittant uti indultos seu dispensatione, quae tempore quadragesimali concedi solet ad carnes comedendas?—Ad IV. *Negative*.—Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis, die 3 Decembris, 1892.

NECRÓLOGÍA

El dia 7 de Junio último falleció el presbítero D. Bernabé García, párroco de San Martín de Trevejo, en el Obispado de Ciudad-Rodrigo. Pertenecía á la Hermandad de Sufragios Mútuos del clero.

Los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el eterno descanso del finado.—R. I. P.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.